

sem ecclesiam invasit & Hamburgensem, atque lxx. presbyteros, cute capitis in crucis formam incisit, per omnem ditionem circumduxit, & miser tandem interemit. *Metrop. Grauz. lib. 3.*
STEPHANUS Regulus Illyrius a patre Chersechio sponsa est stirpe Servie Despoti privatus est. Eam enim ad paratas nuptias deducam, improbus pater libidine superatus, quod esset formosissima, sibi ipse seculo filio copulavit, frustra reclamantibus propinquis. Quae rei indignitate motus filius, abjurata Christi religione ad Turcam defecit. *Fovius.*

LIBERTATE PRIVATI IGNOMINIOSE.

Ex Servitutis loco hic quaedam. Tunc Libertatis amissa, hic Ignominiae junctio habetur ratio.
 Sub jugum missi.

Equi a L. Quintio Cincinnato dictatore inclusi, cum se dedissent, inermes sub jugum missi sunt. Tribus hastis jugum fiebat, duabus humi defixis, superque eas una transversa delibata. Hujusmodi ignominia hostes a dictatore dimissi. *Sabellus lib. 3. En. 2.*

Pacem turpem accipere coacti.
Vide sub Libertatis loco Pax redempta.
 Julio Agricola domitore Britanniae ex insula Romam revocato, quod gloriae ejus Domitianus tacite videretur invidere, & Ca. Trebellio successore dato, fortuna Romana ob seditiones castrales sentiam nutare cepit: & tandem temis praesiliis a Galdo Sutorum rege victi Romani, ne castris exirentur, pacem supplices a ferociss. hoste petere coacti, iis conditionibus, ut Sutorum, Pistorumque agro excederent, captivos, obides, profugas restituerent, de bello movendo nunquam amplius cogitarent. *H. Boetius. l. 4. in carceres concessi.*

Corbis ignominia apud Aetios instituta erat in eos, qui alienum non dissolverent. Ducebatur enim in forum, federeque jubebatur: super sedentem, corbem iniiciebant. Hac notatus ignominia, infamis censetur. Hanc passus est Mnesarchus, Euripidis tragici pater. *Girardus Dialogo 7. Hist. Poet. l. 2. Stob. serm. 42.*

CBERNARDUS CAPRELA, mox Martino rege Siciliae regnum affectans, cum Blancam reginam ter rapere conatus esset: tandem prodicione captus a Sanctio classis regiae praefecto, in cisternam vacuum demissus est: laxatis inde ad immensam pluviam caducis, tanquam fortuito id accidisset, rivum cisternam defluebant, eamque replebant. Postea in liberaliorem custodiam deductus, cum custode de liberatione pacificetur. Custos rem ad Sanctum deferre jubetur ut petenti annuat. Proxima igitur nocte de tertia vigilia summissio fune, caligis quo implicatis, nulla amictus tunica, demittitur, custode urgente ad descendendum, tanquam anxius esset, ne in fuga deprehenderetur. Ille dum celeritus, quam manus ferunt, lubrico fune delabitur, ad praeceptum ad id retibus induitur, & ritu ferae, castibus captae, haesit: ita ut nec sese deliceret, nisi praecipitatus erat, postquam in fenestram ullus daretur. Ita totum diem retibus involutus, tanquam Mars in adulterio Venenis, ridiculum simul ac miserandum pluribus spectaculum fuit. *Vall. l. 2. Hist. Vendit turpiter.*

CMACIENUS accusatus apud Tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatus, ac diu virgibus sub furca castus, festertio nummo vanuit. *Sab. l. 9. Ennead. 5.*

JUS HONORIFICUM EREPTUM Sacrorum.

Hac consuetudine Tit. Servitutis sacrorum, quandoquidem eadem exempla diverso respectu, & huic illi loco possunt inservire.
 Nulla fuit omnium deorum, quae magis pellicum multitudine infestata fuerint, ipsa Junone: idcirco Numa apud Romanos legem fancivit in haec verba: Pellex adem Junonis ne tangito: si tangit, Junoni agnam feminam crinibus dimissis cedito. *Natal. Comes Mythologiae l. 2. c. 4. Militiae.*

Servos ad militiam sacramento rogare, aut ullo modo admittere, nefas fuit veteribus est, quod Cicero in *Deiotaro* significat, & *Martianus* de *Re militari*: Ab omni inquit milita se tri prohibentur, aliqui capite puniuntur. Sed & in Helconore *Mantuanus* vates *Aeneid* 9. monstravit: quem serua Licinia furim *Susulvata*, verisique ad Trojam miserat armis.

PAUSANIAS auctor locupletissimus est, Persico bello, quod in Marathonis campis gestum est, primum fervos in militiae jura admittos, quo nomine etiam tumulus interfectorum imbutus visetur. Post Cannensem cladem armata Romanis servitia. Volonum nomine T. Livius tradit, cum prius singulos forent sciscitanti, vellentur militare. Unde est nominis ratio. Sociali quoque bello in militiam libertos admittos primum, Appiani historia tradit. *Ca. l. 25. c. 22. A. L.*

Testamenta sciendici, Haereditates adendum.
Sub loco Servitutis hunc eundem Titulum reperies, sed diverso considerationis modo.

Jus testamenti, jusque intestati, praeterquam inter agnatos succedendi, ademptum Saxonibus a Carolo Magno, ob rebellionem, concitante eos Godefrido Danorum rege. *Aemil. lib. 2. l. 3.*

Comitorum, Suffragiorum.
 Quibus Jus ferendi suffragia adimebatur, & ex alio iudicium submovebatur, olim dicebantur *exprobrati*, quemadmodum Exautorati dicebantur milites, quibus jus pugnandi adimebatur. Olim non calculus, sed foliis ferebantur suffragia, quasi dicas, a foliis ferendis excludi. *Erast. in Proverb. F.*
 Phocensibus (qui se Philippo Amynthae filio Macedonum regi dederant) ob direptum A pollinis Delphici templum jus suffragii ferendi in conventu Amphictyonum ereptum, & ad Macedonas translatum est. *Paul. in Phocis.*

Romani Ceritibus bello subactis eam dixerunt conditionem me suffragii jus haberent, ne leges ullas aut ederent, aut haberent. Ea ignominia in adagium abiit. Acron. & Porphyrio Meminit de tabulis Ceritibus. *Aulus Gell. l. 16. c. 13.* Primos autem municipes, inquit, sine suffragii jure Cerites esse factos accipimus. Concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotii tamen, atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. Hinc tabulae Cerites appellatae versa vice, in quas censores referri jubebant, quos nota causa suffragii privabant. *Erasm.*

INNOCENTIUS II. Pp. populum Romanum a sacris amovit, eumque pontificiorum iure comitorum, cuius a primis temporibus ad eam usque diem particeps fuerat, spoliavit. Gandavensium rebellionem puniit Carolus Burg. dux. Cum enim subjugasset Leodios, proceres artibus, pedites omnes, & vexilla, & privilegia, & literas, quas Gandavo difcedens coactus fuerat ipsis largiri, dederat, ab eo Bruxellam. Exhibitis igitur privilegiis Cancellarium, quod praecipuum ex iis erat, & ad ipsorum administrationem pertinere, abrogat. Cum enim per omnes Flandriae urbes, Princeps magistratum constituit quotannis, & rationes ab eo potest, apud solos Gandavos, per hoc privilegium ei non erat inferat, creata supra quatuor senatores. Ipsi vero reliquum numerum implebant: & sunt ea in urbe viginti sex omnino senatores, in quorum manu est, vel inspicere populum adversus principem, vel in officio continere, & obsequentem efficere. *Phil. Comin. 2. Comm. Academiæ.*

FRIDERICUS II. Imp. Romam coronatus redit, a Veronenfibus in itinere est indignè acceptus. Quam ignominiam interfectis aliquot annis ulturus, injecto igne urbem incendio deformavit, studiumque illinc generale Patavium transtulit. Similiter quoque aliquando post Bononiens. gymnasiuum Patavium transtulit. *Cusp. A. D.*

Convivii, Mensæ.
BERTRANDUS GESQUINAS Magister equitum sub Carolo V. Gallorum rege, morem introduxit, ut quicumque nobilitate, & conditione sua aliquid indignum commississet, H in publico convivio dedecoris causa mappa coram illo praecideretur, & hoc ipso indignus convivii nobilitum judicaretur. *Ægid. Corrozet. de civis & Julis memor. Spectaculorum.*

Athenis Peregrini publicis ludis saltare mille drachmarum multa verabantur. *Alex.*
 Qui questum sui corporis fecissent, quique utilitate & gula aut luxuria se auctorissent, vel are obligasset, a teatro arcebantur penitus. Quod Athenis quoque statutum ferunt, ut qui multis flagitiis dedecoratus, aut nota turpitudinis nefarie insignis foret, a suggestis & ludis arceretur: idque adeo procciter servatum est, ut praefecti subelliorum per cuneos dispositi, & subsellii, in quibus immeriti sedebant, quibus equisset non fuisset census, vi spectatores deicerent. *Alex. l. 5. c. 15. Ludus.*

In feditione Agraria Caii Gracchi a L. Opimio Coss. casti, ad tria millia civium precepta, & in amnem projecta: interdictus Conjugibus eorum lectus. *Plur. in Caio.*

MONUMENTA, SEPULCRA, IGNOMINIOSE HABITA. Nempe per dedecus.

DEJECTA. EVEREA.
Hic ignominia solius ratio habetur. Ex Tit. Inhumanitatis erga mortuos petantur exempla.

LICINIUS Imperator, genus suum ad Philippum Augustum referebat. Ob id publicis monumentis nomen illius adoptavit, dictisque M. Julius Licinius Lucianus: quoniam proventus (ut ipse dicebat) fuit M. Julius Philippus Imp. Quinimodo, teste Julio Capitolino, subvertit in Perseide tumultum Gordiani, quod titulus videbatur progenitoribus suis injuriam facere, cum se vellet videri a Philippis originem trahere. *Cuspinianus A. D.*

Clavennæ in templo, saxo incisum tale erectum fuit epitaphium: ceterum invidia improborum, qui vocem Incomparabilis soli Deo convenire, inter homines nullis, ut praetextum habere vel se nequitia, asserant, dejectum est. Et sic ingeniosissimus ille aetate nostra criticus de bonis literis, & praesertim de lingua Hebraea, praerit meritum, imperatorum censuram perit, D. O. M. & Memoriae Ludovici Castelviri Mutinensis, viri scientiae, iudicii, morum, ac viri incomparabilis: qui dum patriam ob improborum hominum saevitiam fugit, post decennale peregrinationem tandem hic in libero solo liber mortuus, liberè quiescit. Anno aetatis suae 66. Sal. verò nostrae 1571. die 20. Febr. Fr. M. M. P. Spoliata.

Ex loco Avaritia in spoliandis sepulchris, hic ea, quae ignominiam conjunctam habent.

* Dedicatio.

LIBERORUM.

Vide Tit. honorifica ornamenta.

TEMPLI.

Vide Judaeorum religiosa Societas. Considerata quoad fessa. Item Require Tit. de templis. Obi multa de eorumdem dedicatione, & consecratione.

* Deditio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Deditio est sui in alterius potestatem, arbitriumque traditio, unde qui sic traditur, Dediti communiter appellantur: a Dedo, quod est in perpetuum do, vel totum subditio. *Indi dicitur Graeco, & inde deditio. Item a deditio.*
 Dediti sunt igitur, qui se in alterius imperium tradiderunt. Erant autem apud Romanos illi, qui cum in eorum fidem, & arbitrium concessissent, rebellionem ab eis desisterant, ac rursus superati, vita donati fuerant, non tamen jure, & libertate civitatis.

Deditiorum alii sunt libertini, alii peregrini. De quibus extat elegans Tractatus apud Angelum Politianum in *Miscellanis.*

DEDITIO FACTA.

Orbium, Arcium.
 Anno 1159. Friderico I. Imp. ex Italia reverso, Mediolanenses Papiam Imperatori fociam obfidere staturant. Papienses, cum se fati verum ad tanti belli molem sustinendam non habere sentirent, praesertim vero quia sociorum auxiliis destituti, & proxima clade debilitati essent, oppugnatione non exspectata ultro se dederunt. Multis ut direxerit urbs inimica centenisibus, visum est satis, ut eadem, qua Laudenses, & Comenses, condicione relinqueretur. Itaque pax in has leges est data, ut muros urbis Mediolanum vergentes deicerent, praetor forte è Mediolanensibus datum reciperent. Consilium separatim a Consilio Mediolani non habent, inter pagos Mediolani referrentur, obfides ex nobilitate centum, ex plebe ducentos darent. *Sigon. l. 12. regni Ital.*

Arcta obfisione ad pacem accipiendam Mediolanenses coegerat Fridericus I. Imp. an. 1159. Conditionibus acceptis, Mediolanenses hoc ordine in gratiam recepi. Conventu instituto civitas duobus agminibus factis supplex ad Fridericum processit, atque ad ejus pedes doloris, ac tristitia plena procauit. Primum agmen clericorum fuit, qui prelati crucibus, pedibus nudis, humiliter habitu, archiepiscopum sequebantur. Alterum primorum civitatis, quos vestibus abjectis, *L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.*

nadis pedibus, strictos super colla ferentes gladios praecesserunt: qui per media castra vix exiguo relicto ad transiendum loco ineffere. Hos ubi Fridericus aspexit, hilari vultu se latari dixit, quod tam claram civitatem Deus admovisset, ut aliquando clementiam, quam vim experiri suam mallet. Conditionibus acceptis pax confirmata est, vexillumque Imperatorum victoriae argumento in urbe erectum. Magna in castris, atque in urbe gratulatio, cum propter obfisionem solutam, tum ob receptos & novos, & veteres captivos est facta, quos ad pedes Imperatoris longo ordine venientes, noti, & propinqui, manantibus praer gaudio lacrymis, exceperunt. *Sig. l. 11. reg. Ital.*

Bello, quod Fridericus I. Imp. contra Henricum Leonem Saxoniae ducem rebellem gessit, Lubeca se Imp. deditit. Ex hac fuit prima Lubeca ad Imperium susceptio, anno Christianae Sal. 1182. *Cranz. l. 6. Vandaliae. c. 15.*

Peregrinos cognita Byzantinorum clade, Mahometo secundo Turcarum tyranno deditioem fecere. Muri contra federa diruti, bona directa, formae, ac viri ludibrio habiti, eandem experti sunt savitiam, ut Constantinopolitani. Eodem enim die vino madidus literas dedit ad Subassidem, id est, tribunum militum Galatae, quibus iussit Latinos ad unum omnes occidi. Quam atrocitatem cum Subassis obstupesceret, & ad vesperam factum distulisset: interea temporis Mahometus, cum vinum obdormisset, per literas contrarium mandavit. *Cuspinianus A. D.*

MAHOMETUS II. Turca spe potiunda totius Italiae, Scodram urbem Dalmatiae, quae Albania dicitur, xxxm. armatorum, duce Solymanno eunuchus, qui Bassa Romae fuit, duobus mensibus tanto conatu oppugnavit, quanto post Byzantium nullum Christianorum oppidum: sed non sine suorum clade, quorum ad sexdecim millia perisse narrantur, est quatuordecim festabat: Coriolanus Cespio hanc oppugnationem Scodrensem diligenter descripsit. Indignatus autem frustra obfessionem Scodram, ad eam demum expugnandam Alibeicum cum 15000. Solymannum cum septuaginta millibus praemisit. Ipse subsecutus cum triginta millibus electorum militum, Scodrensem tam atroci oppugnatione adortus est, ut Veneti coacti sint pacem cum Turco transigere, Scorda dedita, cum Tenato Laconiae promontorio, & Lemno insula: & quotannis xxx. m. aureorum pendere, ut Pontica navigatio Venetis negotiatoribus tuto pateret. *Cusp. A. D.*

Rhodus insula, Christiani orbis propugnaculum, a Solymanno post longam obfisionem expugnata fuit, anno 1523. Quintum post mensem, admirandis operibus, & cuniculis, ad deditioem compulsa est, Philippo Lladamo militiae magistro, desperatis auxiliis, ad Solymannum egressio, & certa parte obfessionem urbem, atque insulam dedente. Idque tantum vulnus Christianae reipub. illatum est infansientibus, aut obfessionibus nostris regibus, apud quos privata spes augendi imperii totum Christianae pietatis decus extinxerat. *Sab. supplem. lib. 9. ex Fovio.*

IOANNES MAGNUS dux Moscoviae circa annum Domini millesimum quadringentesimum septuagesimum octavum, excusso Tartarorum jugo, Novogrodum magnum, civitatem amplissimam, & opulentissimam, ac totius Septentrionis imperio celeberrimam (quae Alexandri Nicolai armis adacta, cum millia aureorum nummorum, quos Rublos vulgo vocant, magno Lituorum duci quotannis ad illud tempus pendere erat solita) Lituorum ope destruitam oppugnavit, & in deditioem accepit: trecentos civium primores interfecit, eorumque facultates omnes abstulit: reliquis vero civibus, tertio modo parte facultatum relicta, quicquid erat reliquum, ademit. Inde auctus opibus & animis Moschus, totas provincias Lituaniae, dum Cazimirus Polonicis rebus diversâ parte orbis H terrarum destinaret, ademit. *Cromerus l. 29.*

De Cypro Insula, quae Cyprus, & Cyprii, scilicet quoad & quomodo in potestatem devenit Turcarum.

Anno 1574. Selymus II. Duce Sinane Bassa, Goletam Barbariae urbem, & arcem, quam praesidium Hispanicum propugnabat, oppugnavit magna pertinacia, & ad deditioem compulsi: Inventa sunt in arce Machinae bellicae 500. cum ingenti pulveris tormentarii, & annonae copia. Postquam ante annos 4. ope Multaphae Bassa Cyprum occupasset.

Copanum arcem munitissimam ad Balatonem lacum in ita Turcis ademerunt Christiani mense Februario. Fuit in illa magni pretii praeda: aestimata ad 40. ducentorum millia. *Boesfordus in vita Murat. III.*

Amsterdamum urbs munita Hollandiae, & opulenta, aliquandiu ab exercitu Guilielmi Orangiae Principis obfessa, & terra, marique interclusa, deditur anno 1678. 5. Februarii. *Yy 2*

* Trajectum ab Alexandro Farnesio Parmæ Principe, & A Belgicæ moderatore diu obsessum, suffocatis moribus per XXII. milia, ipso Apostolorum Petri, & Pauli festo, anno 1579. expugnatur, & deditur.

* Is etiam Princeps, cui parem fortitudine, & armis Belgium non habuit, Bruxellam, Antuerpiam, Gandavum, tres maximas, & incolarum ac murorobo re munitissimas Christiani orbis civitates, potissimum quæ postiores; post mensium aliquot obsidione, Pontique Schaldi fluvio injecto, occupavit, & ad deditorem Regi faciendam adegit.

* Archidux Albertus Belgicæ Princeps, dum adhuc è numero esset S. R. E. Cardinalium, Caletum urbem, & Arcem Anglorum præstantia inexpugnabilem, suæ potestatis fecit, anno 1596. 24. Aprilis.

* Ostendam verò Flandriæ portum, validissimo exercitu, triennio obsessum, tandem occupavit, die 22. Septembris, anno 1604. Ambrosio Spinola Marchione, exercitus Præfecto, & oppidanis compellente, & sic:

Osten De eras te fata Lli sp Ino La sp Ina M.
 * Pragæ Bohemæ metropolim, pridem rebellem, Austriacis aquis iterum adiecit nuper anno 1620. Ferdinandus Imperator, fugato inde Friderico Palatino. Quomodo etiam anno 1620. Ambrosio Spinola Bredam Brabantia oppidum Hollandis eripuit, ac nuper anno 1620. universam Palatinatum Imperatori subiecit.

Videantur Historia verum toto orbe gestarum.
DEDITIO FACTA PER ERROREM.
Vide Ignorantia. Error respectu eventus.

DEDITIO.
Hominum. Dediti hostibus, & aliis.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Gabaonitæ intellectis omnibus, quæ Deus per manum Moyfis fecerat in Ægypto, & quomodo Josue transivisset Jordanem cum exercitu, & Civitatem Hiericho superasset, diffisi rebus suis, astu quodam sibi consulunt, mittentes ad Josue & Seniores Israel quosdam è suis, laceris vestibus, & præ vetustate attritis indutos, annonaque vetere instructos, qui simularent se è longinquo venire, & fœdus cum eis inire velle, ac se potestati illorum subdere, dummodo vitam, & fortunas illis permitterent. Annuir postulat Josue, & Seniores: verum fraude detecta, cum ob religionem Jurisjurandi iudem nocere non possent, illud tamen servitutis imposuerunt, ut in perpetuum cædendis lignis, & deferenda aqua ad usum Tabernaculi, & C. populi mancipati existerent. *Josue c. 9.*

Filii Israel missi in Ægyptum ad comparandum frumentum, postquam à Joseph, quem necdum fratrem suum agnovissent, comiter excepti regrederentur, & in itinere deprehenderetur in sacco Benjamin Scephus ipsius Joseph, quem in eo reponi mandaverat, Judas, qui in suam fidem fratrem suum minimum receperat, patrique pro illius reductione sponderat, seipsum debebat in servum pro illo, dicens; Manebo servus tuus pro puero, in ministerio Domini mei. *Gen. 44.*

Paulo post reversi cum Patre suo, & omnibus, quæ habebant in Ægyptum, cum in conspectum Pharaonis venissent, & is percontaretur. Quid habetis operis? responderunt, Pastores ovium sumus servi tui, & nos, & patres nostri: petimusque ut nos jubeas esse servos tuos in terra Gessen. *Ibid. c. 47.*

Fuit quoque deditio pactum quod cum Israele inire contendebat Philistæi tempore Davidis, quando eorum Dux & D. Antesignanus Goliath, diebus 40. exprobrabat ei, & provocabat ad singulare certamen quemcumque tandem ex agminibus illius. Ita enim quotidie vociferabatur: Eligite ex vobis virum, & si quiverit pugnare mecum, & percussit me, erimus vobis servi: si autem ego prævaluero, & percussero eum, vos servi eritis, & servietis nobis. *1. Regum c. 17.*

Cum Rex Antiochus Hierusalem occupasset, & populum Judæorum sub jugum suum mittere cogitaret, legemque Dei extirpare, scripsit omni regno suo, ut esset omnis populus, unus, & relinqueret unusquisque legem suam. Et consenserunt omnes gentes secundum verbum Regis Antiochi, multi quoque ex Judæis consenserunt servituti illius, & sacrificaverunt idolis, &c. *1. Macchab. 1. 6. 46.*

Pleraque huc referantur ex loco de Servitutis.

HISTORICA.

JOACHIM Judæorum rex, ne civitatem suam in discrimen adduceret, seipsum regi Nabuchodonosor dedit, cum eo pactus, uti sibi parceret, quamvis rex fidem non servavit. *Josuepus 1. 10. c. 9. Antiquitatum.*

Vercingetorix Gallorum dux, Alexia urbe capta, C. Julio Casari dedit. *Plut. in Casare.*

Missis sub jugum duobus exercitibus Coss. ad furcas Caudinas à Samnitibus, Sp. Posthumius cum hostibus infesto Senatu pacem fecerat. Quod cum per novos Coss. ad Senatum relatum esset, Posthumius ipse suavit, ut ipse, & collega T. Veturius nudi, vincitque hostibus dederentur, conscripseruntque per Consules exercitum duobus admovebant, nihilque prius gererent, quam sui deditio ritè facta esset. Scripsit igitur novæ legiones, & ad Caudium deductæ. Ibi fecerat ad hostium portas progressi, vestes sponforibus pacis detrahit jubent, munusque post tergum vinciri. Tum ubi ad Tribunal Pontii ventum est, A. Cornelius Arvina facialis ita verba fecit: Quandoquidem homines injulsi Pop. Rom. Quintium fœdus ictum iri sponderunt, atque ob eam rem nosam nocuerunt, ut populus Rom. impio fit sceleris solutus, hostes homines vobis dedo. *Sab. l. 5. Ennod. 4.*

C. MANCIUS Consul, apud Numantiam ad supremam desperationem redactus, fœdus cum Numantinis facere iniquis conditionibus coactus fuit. Sen. populusque Romanus eo non accepto, Mancium tam turpis fœderis auctorem nudato corpore, ac manibus post tergum ligatis, ante Numantinorum portam julerunt exponi: ibi usque ad noctem manens, à suis derelictus, & ab hostibus non receptus, utriusque miserandum spectaculum præbuit. *Juan. Gerund. l. 7. Paralipon. Hispan.*

Cum exercitus Radagaisi (qui Alaricum Gothorum regem in Italiam contra Romanos comitatus fuerat) in Hætruria extrema fame confectus, in Rom. potestatem, facta deditio, venisset, tanta captivorum fuit copia, ut singuli singulis Gothi aureis pecorum more venderentur. *Bosfin. l. 2. Decad. 1.*

CAROLUS MAGNUS Desiderium Longobardorum Regem Papiæ per sex menses obsessit. Tandem periclitante, famique urgente deditio est facta. Longobardus cum uxore, parique liberis Leodivum Eburorum exilii causa missus, ac dissimulante custodiri justus. *Amil. 1. 2.*

* Famagustam Cypri urbem munitissimam, postquam magno apparatu Mustaphas Bassa annu penè integrum obsessit, non sine maximo suorum dispendio, nam 80. millia interisse fama est, tandem eadem potius fuit. Qui eam fortiter propugnaverat Marc. Ant. Bragadus Venetus, salutem suam, & aliorum Venetorum pactus fuerat. Verum occupata urbe, fidem violavit Mustaphas, & Bragadus in vincula coniecit, ac per summum scelus, eum cum vita crudelissimè truncatus est: alii verò miserabiliter trucidati. *Bosfin. in vit. Mustaph.*

* Cum anno 1541. Imperator Turcarum Budam & Pesthum occupasset, earumque curam Belerzego demandasset, viduum Joannis Vayvodæ Transylvanice, ejusque filium puerum etiam deditio accepit, verum eos postmodum in Transylvaniam concedere permisit. *Idem in bist. ser. Hungar.*

* Reddita Ferdinandus Imperatoriam nuper, videl. anno 1620. Bohemiam metropoli Praga, plures in potestatem venerunt, qui infamissimum rebellionis auctores existerant, sceleratque ad alienos deferre ausi fuerant. Itaque in carceres confecti, postquam causa eorum in Camera Imperiali fuisset discussa, capitis condemnati, variisque supplicis affecti fuerunt. Prodiit in lucem Elenchus trucidatorum, continens summaria criminum, quæ admiserant.

Vide Tit. de Decore. §. gestatio ignominiosa.

Defectio.

Vide Apostasia.

Auctores Defectionis. Vide Tit. de injuria presana in genere.

Pana Defectionis. Quare in Titulo de Pana, & Punitione, §. Defectionis à Magistratu.

Pleraque ex Tit. Hostium, Milit. Patrii huc referantur.

Defectores.

Quare Transfugæ.

Erga Defectores clementes, Crudeles, &c. videantur Tituli de Clementia, & Cruelitate.

Item ex Titulo Proditionis, & Proditorum multa huc oportuè adducuntur: quatenus Proditio Defectionem includit, & invocem comitantur.

Defensio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Defensio, Græcè ἀμύνη, Latinis à prisco verbo Feudo, quod ad iram provoco significat; dicitur, propugnatio, patrocinium, tutela: ἀποστασία, ἀμύνη. Hebr. Magben à verbo. Ganam, protegit in modum horti circumsepti maceria sua, munivit, seu cooperuit aliquem feuto, circumdedit, defendit cingens undique quandam, ceu muro, nead eum irumpere possit inimicus. Hebræis Gan dicitur hortus circummunitus septo, vel maceria, Magben, Clypeus, feutum. Metaphoricè Deus vocatur Clypeus piorum: & pecces eum sunt Scuta terræ. *Psal. 47.* Nam ejus est officium terram protegere. Præcipue etiam scuta populorum appellantur.

DEFENDERE.

QUOS.

MAURICIUS Imp. D. Gregorium Pp. per litteras Simplicem appellaverat. Id ipse epistola 75. 1. 4. ut urbanam sollicitudine exprobrationem interpretaret, & verò candidè seipsum excusavit, & modestè Imp. reprehendit, quod eos, quos Deus Decorum appellatione dignetur, ipse factuos, vocare ausit.

Clementes.

Fuit apud Rom. non modica laus illis, qui ex claris familiis erant, quam plurimos clientes, non modò catervas togatorum, sed & tenuiores amicos habere, à quibus observarentur quotidie, & colerentur, eumque his ad forum deducerentur frequenti comitatu: namque maximi decoris erat, amplios viros, illustresque etiam ad infima plebe quotidie salutare, appeti, deduci, reduci, & consulti, eisque decedi, & asturgi. Necnon populus, & fidelibus sociis, patronos publicè fuisse Romæ homines honestissimos, summo loco natos, qui fortunarum propugnatores erant, & civitatum defensores non ponentes, quorum studio, & fide singula negotia in senatu facerent, & promoverent. Si quidem Syracusanus in clientela Marcellorum fuerat, & Lacedæmonii in Claudiorum, Puteolanii Brutorum, Neapolitanii Liciniorum, Bononienses Antoniorum. Allogros patrono Fabio Sanga usi sunt. Marius Herennius, Casar quoque Gracorum patrocinio plerumque affuit. Plebs denique ipsa sub patriciorum, equitumque Romanorum tutela per clientelas divisa erat. Quod à Romulo à primis originibus institutum ferunt, ut plebei singulorum patronos ex patribus legerent, quorum consilio, & auctoritate niterentur. *Alexand. lib. 5. c. 24.*

Legè Elia fuit cautum, ut locuples in judicio clienti adesse, in hac verba: Affiduo vindex affiduus esto. Dixere autem affiduum, qui pluribus assibus, & fortunis locuples foret. *Alexand. lib. 6. cap. 10.*

Infantes, Sontes.

Defendere Infantes, Justitia est Sontes injustitie. Amicos.

ARCHEDEMUS Atheniensis, dicendi quidem, agendique peritissimus, sed pauper, non quavis ex re lucrum quærebat: sed cum bonorum studiosus esset, ajebat facillimè lucrum ex sycophantiis obtineri posse. Huic igitur Crito (à Socrate persuasus, homines probos, & opulentos bonorum amicis veluti custodiis se munire oportere dicitante) quoties vel frumentum, vel oleum, vel vinum, vel lanas, vel quid aliud rerum in prædio suo nascentium, & ad vitam utilium colligeret, partem donabat: eundem quoties sacra faciebat, invitabat. Atchedemus vicissim Critoni patrocini dicitur: & quemdam ex calumniatoribus Critonis in judicium protrahendum eodeguit, & Critonem dimitteret, & multam insuper penderet. Id postquam jam Archedemus, aliaque consilia persequitur: tum verò non aliter, atque ubi pastor aliquis bonum canem habet, ceterique pastores haud procul ab ipso greges suos adducere cupiunt, ut ejus canis opera fruatur, ita & complures Critonis amici obsecrabant, ut ipse Archedemum custodem suppeditaret. Itaque non jam solus Crito quiete fruebatur, sed etiam ipsius amici: ac si quis eorum, qui bus erat in odio, exprobraret ei, quod perceptis quibusdam à Critone commodis, eadem adularetur: Utrum, inquit, turpe est, eum, qui à probis hominibus beneficis adfectus sit, vicissim beneficium præstantem ejusmodi homines amicos facere, & à pravis diffidere: an honestos, & egregios homines lædere conantem, hostes eosdem efficere, perverfos autem juvando amicitiam eorum conciliare, horumque potius consuetudine, quam illorum uti: Ex eo tempore Critonis amicorum in numero Archedemi. *L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.*

mus, & apud ceteros amicos ejus in honore fuit. *Xenophon. l. 2. Memorab.*

QUOMODO.

Jurejurando.

Mortuo in Sicilia Vigilio Pp. Pelagius diaconus haud dubiis totius cleri suffragiis est successus. Cum autem plerique religiosi, sapientes, ac nobiles ab ejus se communiōne fecerent, quod seditionis contra Vigiliū excitata auctorem fuisse dicerent: consilio capto, unā cum Narsete eunucho à S. Pancratii zede S. Petri, hymnos, ac cantica canens processit, ibique evangelia, & crucem Domini super caput suum ponens, in ambonem ascendit, ac sanctissimum juramentum juravit, se illius seditionis prorsus expertem fuisse. Inde illud à clero, populoque astante sibi confirmari postulat, ne quis in Ecclesia ab ostiario usque ad episcopum pecunia, ut promissi, sed doctrinæ tantum, ac vitæ metris proveheretur. *Sigonius l. 20. Imp. occid.*

BASSUS exconsul, & Marianus Patricius, ob acceptam gratiæ postulata repulsum Xysto Pp. infestiores effecti, crimen perdendi hominis gratia confinxerunt, cumque apud Valentinianum III. & Placidiam matrem Augustus, de stupro Chrylogonitæ sacratæ virgini illato infamularent. Quo crimine auditò, Augusti, ac maxima pars populi ab ejus se communiōne removit. Quod ubi Xystus animadvertit, Deo, atque innocentia fretus, in basilicam S. Petri concessit, & astante populo per Leonem diaconum adversarios ad probanda, quæ intulerant, crimina invitavit. Cui populus ejusmodi judicium Augustus, aut clero mandandum esse respondit: Itaque cum Valentinianus senatum, Xystus clerum, ac monachos advocasset: Epiphanius presbyter manantibus lacrymis adversarios monuit, ut accusationem peragerent, ne tam turpis infamiam labes in Ecclesia residere. Cui Maximus exconsul: Immo verò quiescant, inquit, neque enim fas est judicium de Pontifice Romano constitui. Quibus auditis Xystus subiecit: Quamquam ego ejusmodi reculare judicium pro potestatis amplitudine possum, tamen subire placet, ut veritas ad liquidum exploretur.

Tum Valentinianus ad Bassum: Explica accusationem tuam, memor, te, nisi probaveris, pontifici, atque Ecclesiæ poenas daturum. Postquam autem ille peroravit, conversus ad Xystum, Maximi sententiam collaudavit, ita ut ei defensionis lux aut suscipienda, aut prætermittenda arbitrium se concedere dixerit. Tum Xystus, repugnante clero defensionem suam instituit, illud præcipuè in dicendo denuncians, nec exemplo suo ad dicendam causam sui aliquando successores adigerentur. Atque ita semet constata suspicione, atque infamia liberavit. Bassus, & Marianus, communi omnium consensu digni, qui communiōne excluderentur, existimati sunt, ita tamen ut viciatim morturis non negaretur. Valentinianus, & Placidia bonorum Ecclesiæ adixerunt, ut tres inde menses Bassum mortuum Xystus omnibus pietatis officiis usque adeo profectus est, ut corpus etiam ejus in paternum sepulcrum inferri permisit. *Sigonius l. 13. Imp. occid.*

Arms, Vi.

LYSANDER Argivus, qui de agris finibus ambigebant cum Lacedæmoniis, ferebantque causam tueri se quam illos, æquorem, districto gladio: Hoc qui potitur, inquit, hic optime disputat de agri terminis. *Plut. in Apopht.*

Cum ad Bajazethem Amuratis F. legati à Sigismundo rege Hungariæ venissent, injuriam querentes, quod à nemine Hungarorum læcessus aliena invaderet, Bulgaros infestans, regno Hungariæ subiectos, justis in parietibus suspendi diversi generis arma, tela, sagittas, acinaces, clypeos, sarissas, atque in conspectum legatis admittis. Dum, inquit, ista, quæ cernitis, nobis supersunt, super est jus quoque non ad Bulgariam modò, sed ad Croatiam, Dalmatiam, & ipsam Hungariam. Secuta paulo post funesta ad Nicopolim pugna. *Dubravius lib. 25.*

ISMAEL Sophus Perlarum rex, à rege Artuzii insula, qui se Lusitanorum regi Emmanueli subiecerat, tributum solitum petebat. Alfonso Albuquerquius Lusitanorum dux, rege admodum sollicito, legatos ad monuit, civitatem illam, & Artuzii regnum Regis Emmanuelis esse, belli jure subactam, & Artuzii Regem in fidem Emmanuelis receptum, ita, ut sibi necesse esset injuriam ab illo propulsare. Quod verò ad tributum attinebat: se tributum regis ipsius nomine continuè soluturum. Ferculum deinde, in quod tributum erat impostum, coram legatis ipsi evolutum fuit. Erant autem in ferculo globi ferrei, & sagittæ, & hastarum cuspides, & fereæ fistulæ.

plac, quod iniquè gessit. Symmachus constituit quicumque A Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum obitus Dei, pradium Ecclesie magnum, vel exiguum, vel quicumque de iure eius alienari tentaverit; & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione multetur. Hoc idem pluribus aliis pontificum sacris constitutionibus passim rursus confirmatur à Gratiano. Leo primus Episcopum, qui sua civitatis mediocritate despecta, administrationem celeberrimis loci ambierit, & à majore plebem fe quacumque ratione transfulerit, & à cathedra pellendum docet aliena, & carentium censet propria: ut nec illis præsideat quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam sprevit. Hoc idem etiam probatum fuit patribus Concilii Meldensis. Et ut modum his apponamus, Gregorius præcipit, omnem cum presbyterum ordine privandum esse, qui per symoniacam hæresim in Ecclesiam aliquam, etiam tum vacantem, irreperit.

AD QUOS SPECTET EXAUCTORARE, Degradare.

Atque hæc de exauctorandorum, sive deponendorum conditionibus, & causis. Nunc dicendum de his, ad quos exauctorare alios spectat. Si de presbyteri, atque Diaconi depositione, ab officio simul, & beneficio agatur, Hispanensis Concilii decretis quodam constitutum fuit, ut Episcopus id non faceret sine Concilii examine: propterea quod aliqui sunt, qui indiscussos, potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Subiungit quoque: Episcopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest: solus aufferre non potest. Patres autem Agathenses constituerunt, ut Diaconus deponendus à tribus vicinis Episcopis prius audiatur. Presbyter à sex: Episcopus verò à duodecim, ut causa diligentius, & sincerius examinaretur. Eadem sententia placuit quoque Carthaginensibus patribus, ut ex horum regulis colligit Gratianus. Reliquorum verò clericorum solus Episcopus loci agnoscat, & finiat. Solutus autem ad Exclusionem aliorum Episcoporum, non suorum clericorum, dicitur: sine quorum presentia, epius sententia erit irrita, &c. Volunt autem, si de beneficii solummodo privatione, ac depositione, non Ordinis facti, actum fuerit, Episcopum cum clericis suis, id posse de Sacerdote, & Abbate constituere, quando præcedens culpa id ipsum meruerit, veluti ex Concil. Triburiensis, & Aurelianensis legibus confirmatur. Atque hæc quidem antiqua iura.

Ceterum, quoniam tot Episcoporum numerus ad degradationem constitutus, non potest de facili convenire, concessit Gregorius novus, ut sacerdotem, vel alium clericum in facris ordinibus constitutum (cum pro hæresi fuerit curiæ seculari relinquendus, aut perpetuo carceri retinendus) convocatis Abbatibus, aliisque Prælati, & religiosi personis, ac litteratis suis dicecesis, de quibus expe dire videbitur, solus possit Episcopus degradare. Quod non solum confirmatum fuit à Tridentinis patribus: verum etiam decretum, ut & Vicariis Episcoporum generalibus, contra Presbyterum, etiam ad auctoritatem, atque solennem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis, in calibus, in quibus aliorum Episcoporum presentia, in numero à canonibus definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen totidem Abbatibus, usum mitræ habentibus, aut aliis in ecclesiastica dignitate constitutis.

Episcoporum potro abdicatio, sanctæ Romanæ Ecclesie ad quam veluti matrem, apicemque omnes majores cause, & iudicia Episcoporum spectant, sententia, atque iudicio sanctissimum Leonis, & Julii decretis reservatur: nec extra Romanum quicumque ex his decretis debere pontificem.

DEGRADATORUM STATUS.

Sic autem tam à iure, quam à Iudice depositis, non permittunt jura ecclesiastica, ut majore licentia vivant sæculariter: sed agendi penitentia gratia, jubent illos ad monasterium regulare coartari. Nam D. Gregorius coarguit Episcopum Callistanum, quod clericos lapsos, & depositos etiam post aliquantam penitentiam, factorum ministerio restitueret: simulque præcipit Venantio Lucensi Episcopo, ut Saturnium presbyterum abdicatum relegeret in Insulam Caprariam: ut ejus loci monachus penitentem servaret, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Et Martinus hujus nominis Papa primus scribit: Si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato fuerit deprehensus obnoxius: omnimodo prohibendus est cum manibus lutulentis,

atque pollutis mysteria salutis nostræ tractare. Eugenius autem ita statuit: Sacerdos, aut quisvis alius in ordine ecclesiastico proventus, si in eo seclere invenitur, quo abiciendus comprobatur: depositus, providentia Episcopi bene proviso loco constituitur, ubi peccata luceat, & ulterius non committat. Synodorum Maguntinensis, ac sextæ Aurelianensis patres, idem decretum suis quoque suffragiis probaverunt. Et Pelagius Papa id ipsum opere confirmans, Romanum Tyansenis Ecclesie clericum, pro crimine adulterii, à clericatus ordine depositum in quoddam urbis Romanæ monasterium ad agenda penitentiam detruxit. Qui autem amisso gradu, penitentiam agere neglexerit, Cabilonenis Synodi decreto, ab Ecclesie communione, ac Christianorum consortio penitus separandus est.

Nihilominus patres Concilii Gangrensis hunc rigorem temperantes, auctoritate Sylvestræ, & Calixti summorum Ecclesie Pontificum statuerunt, ut si Presbyter sponte confiteatur peccatum suum, & decennalem penitentiam (quæ illi describitur) pro eo egerit, possit in gradum, ac honorem pristinum revocari: quod Gratianus confirmat exemplis Mariz fororis Moysi, Aaronis, Davidis, Achab, Petri, & Thomæ: qui peracta penitentia, propriis gradibus recuperant. Ad id scriptum Calixti, quo undecim divinorum libellorum tam testimonium, quam exemplis id ipsum corroborat.

Subiungit plurimas divorum Hieronymi, Gregorii, Augustini, & Cypriani graves sententias, quibus idem quoque firmatur. Sequitur & hoc Concilii Agathensis decretum: Cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum, dignitatemque recipiant. Et ne quovis modo secum dissiere, aut repugnare veteres, ac sacros canones, aliquis arbitretur, sic eos conciliantem beatum laudat Ihsidorum. Is potest, inquit, restitui in proprio gradu, qui per penitentiam satisfactionem noverit priora delicta deslere. Qui vero negligit, è nullo modo potest ad pristinum gradum restaurari.

CEREMONIE DEGRADATIONIS.

Quibus autem iustis, ac cæremoniis sint adiacendi ab ordine, & beneficio, iusta prisorum decreta, recipiendi, ac restituendi, explicabimus: si prius de degradatione, quæ proprie dicitur, & cæremoniis in eadem servandis, quidpiam differuerimus. Etenim cum degradatio nihil aliud sit, quam de pristina dignitate gradu dejectio, eam vocem generaliter acceptam confundunt patres Concilii Moguntinensis cum Depositione, & Exauctoratione, de quibus superius dictum est. Degradatio autem, vel specialiter usurpatur, est ea depositio realis, seu actualis, quæ post sententiam verbalem, de qua ante diximus, insignia factorum ordinum cum diss. formis alicui detrahuntur. Differt autem hæc degradatio à superiori nominata depositione, quod Clericus depositus non est illic de foro secularis Iudicis, & ideo non traditur epi puniendus: sed pena canonica per Iudices Ecclesiasticos puniunt, videlicet detractione in monasterium, vel alia. Degradatus autem velut incorrigibilis relinquuntur penæ secularis plectendus, si cut universis privilegiis Clericorum merito destitutus, atque exutus, scelerum atrocitate omne privilegium excludente. Præterea, ob multa genera peccatorum, quis deponi potest, ac debet, ut superius evicimus: degradati non ita, sed dumtaxat ob hæresim, falsatas summi Pontificis litteras, calumnias, insidiasque in suum Episcopum, denique homicidium per insidias perpetratum, quod Afasianum alii appellant.

Edicit potro Bonifacius Octavus, ut Clericus degradandus suscipitur coram Episcopo, vestibus sacris indutus, in manibus habens vasa, seu instrumenta ad ordinem suum spectantia, ac si tunc deberet in officio suo ministrare. Huic autem Episcopus publicè, sigillatimque omnia auferat, quæ illi iuxta morem ordinandorum Clericorum in sua ordinatione fuerunt tradita, ab illo vestimento, vel ornamento, quod ultimo datur fuerat inchoando, & descendendo gradatim usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ. Tuncque ratur, seu tondetur caput illius, ne tonsura seu clericatus vestigium in eodem remaneat. Poterit autem Episcopus, inquit, summus ille Pontifex, in degradatione uti verbis ad terrorem, illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo: Presbytero hæc, vel similia verba in remotione plantæ: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus. Sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens. In ablatione ultimi dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus S. ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & eximus te omni ordine, beneficio, & privilegio clericali. Hujus autem rei exemplum grave, ac memorabile, refert Doctor

Doctor Cochlaus libro 2. historiz Hussitarum, recitans ipsius A Joannis Hus publicam abdicacionem in Concilio Constantinensi his verbis. Postea celebrata est à septem Episcopis solemniter ejus degradatio, dum esset indutus omni ornato sacro, tamquam missam celebraturus. Incipientes primo è manibus ejus tulerunt sacrum calicem, deinde planetam, seu casulam, quæ solam, &c. pronunciant ad singula dum auferentur, solemnè ritu quadam dira, & horrida verba maledictionis, quæ est illud: O Juda maledicte, quare dereliquisti consilium pacis, & inivisti consilium cum Judais: Episcopi autem hi erant, Mediolanensis, Feltrensis, Astensis, Alexandrinus, Bagarenis, & Vanrensis, qui peracta degradatione dixerunt: Hæc sancta synodus Constantinensis, Joannem Hus, attento quod Ecclesia Dei non habeat ultra, quod agere valeat, iudicio seculari relinquere decrevit. His peractis, Sigismundus Rex Bohemiz, & Rom. Imperator ait ad duces Bavariæ: Vade, & recipe eum. Qui recipiens eum, tradidit Ihsidoribus, capite tonsum, & alto pileo papyraceo coronatum, cui inscriptum erat: Hic est hæresiarca, &c.

Restitutio degradatorum in integrum.

Sed jam dicendum, quibus ritibus hi, qui vel injustè depositi, vel sufficienti penitentia emendati fuerant, in priorem gradum, ac dignitatem olim restituebantur. Episcopus (inquunt patres Moguntinenses) Presbyter, aut diaconus gradu suo in justè dejectus, si in secunda synodo innocens inveniat, non potest esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum. Si Episcopus est, orarium, & baculum, & annulum. Si Presbyter est, orarium, & planetam. Si Diaconus, orarium, & albam. Si Subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus in reparatione sua recipiant ea, quæ, cum ordinarentur, perreperant. Hæc quidem illi: Verum Julii Pape prima auctoritate postea factum est, ut ad solum Pontificem Romanum devoluta sit potestas restituendi depositi ordine suo Episcopos, ut idem laudat Gratianus. In his quoque prudentissimam cautionem adhibendam censuerunt, videlicet, ut quidam restituti tantum manerent in susceptis antea ordinibus, nec ad superiores unquam promoverentur, veluti, qui ab hæreticorum respicerentur erroribus. Alii verò ut tantum in minoribus servirent, ac ministrarent, quales sunt, qui adulta ætate, scienterque Simoniacæ labe ipsos commaculaverunt. Alii denique ad laicam dumtaxat communionem admittentur, veluti auctores, ac Doctores hæresicon. Sacis habeant, ait Cyprianus martyr, quod admittantur ad pacem, qui hostes pacis extiterunt, &c.

Degradatio, Depositio laicorum.

Verum, jam satis de factorum hominum à sacris muneribus depositio, atque degradatione: nunc de laicis, seu profanis strictim dicamus. Volunt autem imprimis Exauctorationem, sive degradationem, esse insignium regiorum, consularium, ac militarium publicam depolitionem, seu privationem: ut si Regibus detraherentur diademata, sceptræ, purpura, armillæ, cæteraque regie dignitatis insignia: Consulibus, sacces, & securæ Senatoribus pilei, ac purpura: Equitibus, torques, & calcearia aurata: Militibus, cingula, & arma: tribus hastæ, aut vexilla, &c. Vir Amalecicus ad David attulit, ut ad verum Ihsidoris Regem, armillam, & diademam, quod Sauli detraheret. Idem quoque David sublatum à rege Amonitarum diademam, capiti suo coaptavit in signum regalis dominii ad se ab illo translaci. Ammonius scribit, Carolum Magnum investivisse Ludovicum filium de regno, ante mortem suam Spatham, quæ vocatur sancti Petri, & coronam ex auro, & gemmis: eundemque Ludovicum postea moriturum, misisse coronam, & Spatham, ac reliquum regium apparatus filio suo Ludovico, mandando illi, cum hæc eo erant, ut in Regem eum facerent, & coronarent. Sed hæc ad institutionem, & inaugurationem spectant, differimus vero de abdicacione, seu exauctoracione.

Divisio, & causa.

Hanc potro triplicem constituunt. Honestam unam, quando emeritis stipendii vel ab Imperatore indulgetur: Aliam causariam, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ solvit: tertiam innotiosam, quociens is, qui deponit, exauctorat, vel mittit, adicit nominatim ignominiz causa se mittere. Sed, & si multis insignia militaria Imperator detraheret, infames essent, etiam si non addidit, ignominiz causa fe cum exau-

ctorare. Potest ergo quis sine ignominia, & probo ab officio, & dignitate deponi, ut pote quando quis Magistratu sefe abdicat: vel quando confecto bello legiones sacramento solvuntur, & dimituntur: vel senio, vel adversa valetudine correpti milites relicta dignitate, aut militia, in proprias ædes sefe recipiunt. Ita Samuel propheta, confirmato Saule in regno, Hebraeorum præfecturæ renunciavit. Cælestinus hujus nominis Papa quintus, pristinæ solitudinis desiderio flagrans, exactis in pontificatu mensibus quinque, coram omnibus in consistorio, mitram, annulum, & sandalia deponens, Papatu liberè seipsum abdicavit. Non desunt, qui tantumdem affirmant de Cælestino secundo, & Honorio secundo: sed hunc univervo Cardinalium consensu constitutum. Zonaras quoque testis est, Cosmam Patriarcham Constantinopolitanum ob Alexii Comneni tyrannidem, gradu suo spontè cessisse. Sacræ etiam hujus dignitatis gradum ultro posuerunt Narcissus, Cyrillus, Gregorius Nazianzenus, Petrus Damianus, & alii propmodum innumeri, ut in Ecclesiasticis historiis recensetur. Sed de hujus seculi, profanisque dignitatibus dicendum.

Diocletianus, & Maximianus post viginti annis administrationem imperium Romanum, eodem die, imperiales sacces, ille Nicomedia, iste Mediolani deposuerunt. Constantino, & Galerio Augustis prius appellatis. Lucius Sylla propria voluntate Dictaturam reliquit, media populi Romani concione, virgas frangens, & securæ, lictores & corporis custodes à se dimittens, ut in ejus vita referatur à Plutarcho. Ptolomæus regnum Egypti, Ariobarzanes Cappadociæ, Seleucus Syriæ, filius filius spontè tradiderunt. Egnatius quoque author est, Jacobum, & Sebastianum, Joannem multis rebus bello, & pace præclarè gessit, Venetorum illustres dominos, omni dignitate se ipsos abdicasse, Ducum ornamentis aliis, vel propria manu datis, vel relictis. Naucerus, & Sabellicus scribunt, Constantinum in Lucullano Campaniæ oppido, papuram, diademamque abjecisse, & se imperio Rom. quod annum unum, duosque menses rexerat, exuisse. Timoleon Corinthius, & Scipio Africanus publicam rerum administrationem spontè reliquerunt, ut privati agerent. Cinnamus Parthorum rex electus, Artabano, cuius fuerat alumnus, obviam profectus, diademam capiti suo detractam illius capiti imposuit, eumque gentis more adoratum, Regem appellavit. Michael senior Constantinopolitanum imperium Leoni Armenio concessit, diademate, purpura, & calceis cocceis (quæ imperii erant insignia) ad eum transmissis, ut est apud Cedrenum.

Fuit autem multo magis honesta longè laudabilior ea dignitatum abdicatio, quam pietatis nostræ ergo constanter pertulerunt multi: qui ne à principis Christi Jesu placitis deficerent, hujus seculi Regum, ac principum officia, gradus, & honoremque insignia fortiter abjecerunt, & contempserunt. Magnificè à Tertulliano celebratur miles ille Christianus, qui inlar aliorum commilitonum, lauream castrensem capite ferre noluit, coram præfecto gravissimas penulas posuit, speculatoriam morosissimam (caligam militarem interpretantur Rhenanus, & Pamelus) pedibus absolvit, & gladium reddidit. Eusebius justis, dignisque, laudibus evehit Petrum, Dorotheum, Gorgonium, quod in persecutione Diocletiani præfecturas, vitam denique ponere maluerunt quam Christi religionem. Rufinus quandam Benevolam memorie scriinis sub Valentianum, & Justina præfidentem, mirificè prædicat, quod impiis Edictis nulla ratione, ut subscriberet, adduci potuit: sed ampliores honores promittentibus, respondit. Quid mihi pro impietatis mercede altiore promittis gradum? hunc ipsum quem habeo, tollite, tantum mihi conscientia fidei duret illa. Hæc dicens (inquit) ante pedes milites commendat, qui sub Constantino Chloro militarem cingulum ponere, quam Christum abnegare maluerunt. Nicephorus quoque multum tribuit Joanniano, Valentianio seniori, & Valenti, quos exauctoratos, aula sua exegit Julianus Apostata, propterea quod Christianæ pietati valedicere recusassent. Laudi etiam tribuitur Beato Martino, quod sub eodem Desertore principe aliquandiu sacramentis militibus implicatus donativum ejus tandem recusaverit, & missionem petierit, & accepit, ut soli Christo militaret. Eucherius Lugdunensis plurimum commendat Mauritiu legioni Thebæicæ primicerium, Exuperium eisdem signiferum, Candidum senatorum, totamque sex millium sexcentorum sexaginta sex milium turbam Christianam, eò quod militibus ordinibus, signis, præmiis spoliari maluerint, quam demonum cultibus sefe commaculare. Metaphrastes summæ gloriæ tribuit Eustathio, qui è Placidi nomen habuit, quod ab Adriano Imperatore idololatra & munerè

munera ducendi exercitus, & zona militari solutus fuerit, quod cum illo falsis diis immolare noluisse. Basilus quanta potest eloquentia nunc Gordium, mox alios quadraginta martyres celebrat, eod quod abjecto militie baltheo, relicis honoribus, ac dignitatibus hujus seculi splendoribus, per gloriosum martyrium ad Christum pervenerint.

Ignominiosa porro fuit ea exauctoratio, qua Caesar plurimos castris efficiens, armisque, & baltheis exuens milites, hos his Lucani verbis convenit.

Jam certè mihi bella geram, discedite castris, Tradite nostra viris ignavi signa Quirites.

Et apud Lampridium, legione loquente exauctorata, cum nihilominus post illa fremerent, exclamavit Quirites, discedite, atque arma deponite. Mirando exemplo, depositis armis, depositis etiam sagulis militibus, non ad castra, sed ad divortia varia discesserunt.

Quia vero communi lege rei ante supplicium exauctorati debent, sicut, Gallus prætor apud Appianum: nostro seculo idem tam in Belgica, quam in nostra Celtica Gallia servatum fuit. Nam Comiti Egmondano, Comiti Hornensi, & Baronibus Battenbergicis, prius detractus est aurei velleris torques (domus Burgundicæ, ac Hispanicæ insigne) quam sublatum est humeris caput. Cùmque Parisiis Briquemaldus, deinde Mongomerius, lætæ majestatis divinæ, ac humanæ poenas capitis daturus essent, prius ad volentem vidimus fræcilem, qui ab illis torquem Michaelinum, Regibus Francorum dictum, detraheret, quam plecterentur.

Huc refer ex loco de Excommunicatione quadam: Item de Principatu, & Principe. Ubi de abdicatione, & causis, cur à Principatu deiciantur; Item penes quem sit potestas abdicandi, lætè dicitur.

* Delatio, Delatores.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

DELATIONIS vox nunc in bonam, nunc in malam partem usurpatur. Ita Joseph detulerat crimen pessimum fratrum apud Patrem. Cùm autem in malam partem sumitur, involuit obreptionem, & occultam accusationem, quam Græci δολογία, Hebræi Melofeben, id est, lingua detulit, obreptavit; appellant. Vide Etymologicon Lugdunense, pag. 240.

DELATORUM PRÆMIA, ET POENÆ. Fuerunt Imperatores, & Principes, qui delatoribus, & Syncephantis præmia decreverunt, ut pote tertiam, quartam, immo & dimidium bonorum eorum, quos tanquam reos detulissent. Tandem boni Principes infamæ hoc genus nebulonum palatiis suis ceu pestes eliminantur, ac poenis gravissimis mulctantur, utinam imitentur moderni Principes!

TIBERIUS Imp. qui coram malitiam expertus ante fuerat, omnes, qui inter eos præcipui erant, unâ die occidi jussit. Titijs omnes Urbe expulsi. Aurelianus quamvis severus, quadruplatores, & delatores ingenti est severitate proscutus. Trajanus Casar omnes in navibus sine remo, & velis, maris & scopulorum periculis objecit. Vide Plin. in Panegy.

Bene, & scitè ille: Invidet, qui non vidit. Invidet, qui vidit, & non perdidit. Nec Momum metuo, nec Mimum.

APOPTHEGMATA.

PELOPIDAS, cùm fortis quidam miles apud ipsum deferretur, ut quicquid convitiatus esset: equidem, dixit, facta ejus respicio, verba autem non audivi. Stob. serm. 40.

SOCRATES cuidam dicenti, de te aliquis malè loquitur, respondit, etiam verberet me non presentem. Max. in Anton. serm. 52. Idem rogatus cur loquas, & delator non esset ad colloquium admittendus, respondit, id ex benevolentia non oriri. Sed ut aliorum detexit arcana tibi, similiter etiam, quæ tu dixeris, aliis exponet, eod. serm.

CLEANTES cuidam dicenti, amicus elanculum te mordet, & tibi convitiatur: Hominem, inquit, ne arguito: quoniam idem palam facturus est, aut facere potest. Ibid. Alii narranti quosdam ejus famæ obloqui: at ego (respondit) sic vitam institui, ut illis nemo sit crediturus. Ibid.

ALEXANDER Macedo cum epistolam in medicum suum scriptam accepisset, ut pote vitæ regis infidiantem, & jam sumpturus esset ad eum potionem medicam, adeo non credidit delatori, ut simul & epistolam legerit, & pharmacum hauserit. Plut. in Alexand. Idem fertur, cùm familiaris quidam multa in absentem effunderet, alteram aurem obstruxisse manu: nempe ut illam integram, & puram absenti relinqueret. Ant. in Max.

serm. 54. Delatores non Admittere. Quare Tit. de Mendacio.

Delatoribus credere. Vide Tit. de Calumnia. Item ex Professo in Tit. de simulatione mendacii, & Mendacium approbat, credendo delatoribus.

NON SEMPER REMOVENDI.

Incidunt aliquando ea tempora, cautè monet F. Patricius, in quibus delatores admittendi sunt, nam ea nonnumquam deferuntur, et quibus aut Principis, aut Reip. salus dependet. Certe si Julius Casar delatorios libellos è vestigio lestitasset, neq; eos pro animi magnitudine contempisset, potestatem, & opportunitatem sui interimendi conjuratis non præbuisset. Unde non semper probanda esset Caligulæ vox, & sensus: Idcirco delatoribus fidem præbandam sibi non videri, quod nihil unquam admisisset, cur cuiquam invidis esse possit.

Huc refer quadam ex loco de Accusatione, Calumnia, Maleficiose.

Delectatio.

Require Voluptas.

Delectus ciborum.

Nempè qui certo cibi genere usi. Quare Tit. de Cibo. Delectus ciborum. Prout importat præceptum, sive prohibitionem certorum ciborum causæ religionis. Vide in eodem Titulo, & in titulo de Jejunio quadam, nonnulla insuper Tit. de Abstinencia.

Delectus librorum scriptorum. Require Tit. Librorum, & Lectiois. Ubi multa bus Argumenti.

Delectus militum. Quare Militier.

* Deliberatio.

Vide Arbitrium, Consilium, Consultatio.

Quæ in deliberationem cadunt?

CADUNT in deliberationem non ea, de quibus stultus aliquis, vel infans deliberet, sed de quibus ii, qui sana mente sint. 1.3. Ethic. Arist.

De rebus æternis nemo consultat, nec ea in deliberationem cadunt, quæ casibus fortunæ subiecta sunt: ac res quidem omnes, quæ naturam attingunt humanam, cadunt in deliberationem. Ibid.

De iis consilium capimus, quæ sunt in nostra potestate, ut conveniant: quoniam illa sola reliqua sunt. Singuli autem homines de iis deliberant, quæ per se ipsi efficere possunt. Nec verò de artibus, ac scientiis, quæ certæ sunt, & scilicet contentæ, ullum consilium capitur. Ibid.

Sæpè in deliberationem cadunt ea, quæ ab artibus, quam quæ a scientiis proficiuntur: propterea quod magis ea nobis veniunt in dubium. Ibid.

Consilii capiendi deliberatio partim in iis rebus cernitur, quæ plerumque eveniunt: cùm incertum sit, quam in partem inclinare, ac evenire debeant: partim in iis, quæ infinitæ, incertæque sunt. Ibid.

Nunquam cadit in deliberationem finis: sed ea duntaxat, quæ ad finem pertinent, atque conducunt, nec res singulæ quidem. Ibid.

* Deliciæ.

Quere Voluptas.

Corporalium delectiarum, & Spiritualium discrimen.

CORPORALES DELICIAE, cùm non habentur, grave in se desiderium accendunt: cùm verò habite eduntur, comedentem protinus in fastidium vertunt: ac contra spiritualium delectiarum cùm non habentur, in fastidio sunt: cùm habentur, in desiderio. In illis appetitus saturatorem, futuritas fastidium generat. In istis autem futuritatem appetitus, futuritas appetitum parit: Augent enim spiritualis delectia desiderium in mente, dum satiant. Greg. in Hom.

CORPORALES NOXIÆ.

Perfarum Imperium olim fuit florentissimum sapientia, & virtute bellica, ita ut Monarchiam penè orbis annis integris ducentis tenuerint à Cyro usque ad Darium, qui per delicias, & luxum imperium cum vita perdidit. Ut notant historici.

Plura quare in Tit. de Voluptate, Imperio, &c.

* DELICATI QUI.

Dicuntur quasi delicias affueti, & inescati, & transferuntur ad eos, qui exquisitis cibis appetitui, genioque suo satisfacere laborant,

laborant, de quorum genere in Tit. de Conviviis nonnulla adferuntur, ut etiam de Cibus, de Abstinencia, & his affinis. Eleganter Seneca. Innatum est ab illo mundi conditore, qui nobis vivendi jura præfemus, ut salvi essemus, non ut delicati. Deliciis miserè, ac foliis omnia comparantur. In Epist. Ili hominum generi, quorum palato nihil sapiat, quàm quod è peregrino solo, au falso delectum est: quod præstantiora aromata condiant, quod delicatior, & doctior manus aptavit, quod ars miscuit, merito dici possit istud. Juvenal. s. 5.

Te nunc delicias, extrâ communia censes.

Ponendum quia tu gallina plus olbe,

Nas viles puliti nati infelicibus ovis.

Exempla pete ex loco Convivorum. Ubi de luxuriamdem.

NON DELICATI.

Quare Tit. de Abstinencia, & legatur S. Hieronymus 1. 2. cont. Jovinian. & Plutarchus duabus oration. de est Carnium.

CHEREDEMUS Stoicus scribit, veteres Egypti Sacerdotes, quo intentius, & acrius divinis rebus intenderent, carne, vino, ovis, & lacte abstinuisse, quod his cibis libidinem accendi non ignorarent, & ejus fomitem obesse contemplationi sciebant, si materia subministraretur. Indos Gymnosophistas omne delectiarum genus respuit, & solis arborum corticibus, & sylvestribus fructibus vultitasse, auctor est Plut. Socrates ciborum delectias ceu Syrenes fugiendas esse volebat, ac percontanti, quam rem ab aliis disceret, quod alii, inquit, vivunt, ut edant ego vero edam, ut vivam. Rogatus Jesus Christus, quam rem essent suavisime epulæ? respondit: ut curare desin. Epicurus omnium voluptatum patronus, dicebat tenuitatem victus, vel plurimum conferre ad jucundè, & suaviter vivendum, & testatur in Epistolis suis, se pane dumtaxat, & aqua solitum vesci.

Ægrotanti Pomp. medicus præscriperat, ut turdis vesceretur. Cùmque hi, quibus datum erat negotium, negarent inveniri (non enim erat tempus, quo genus avium hoc capi solet) admonuit aliquis, apud Lucullum inveniri posse, qui turdos toto anno soleat alere. Quid, inquit, Pompeius? contempitque medico, cibus parabilis usus est. O vere masculinum animum, qui ne vitam quidem delectias acceptam ferre sustinuit.

Exempla Christianorum, & alia Ethicorum, iam dictis affinia, petantur ex loco de Abstinencia, Jejunio, Carnium est. Ciborum delectia, &c.

* Delphini.

DELPHINIS, Piscium genus est, mira scribunt veteres cùm Historicis, tum Poetæ. Quomodo scilicet, unus Anionem præcipitatum à nauis latronibus in mare, salvum, & in eolumem, sibi insidentem, cum cythara: nec non Palæmonem Philautum, Taram, & alios è mari ereptos in portum adduxerit. De Pucro etiam refertur, quem adeo Delphinus deperit, ut conspectu illius viveret, eoque deficiente, moreretur. Telemachum quoque Ulyssis filium scribunt, cùm adhuc puer in maris littore luderet, in aquas decidisse, ac mox Delphino rum beneficio receptum, qui puerum subvexerit, & in litus exposuerit. Idcirco patrem Delphinorum insigne adamasse studiosius, ejusque imaginem in ense, & scutis habuisse, atque in annulo expressisse, ut sigilli loco ei deserviret.

Huc refer pleraque ex Tit. de Gracitudine. Ubi vana exempla referuntur grati animi busus Pisci erga benefactores.

* Democratia.

Id est, Populi Imperium, à duobus & superioribus. Consule Locum de Politia. Politia interior. Ubi Democratia in tyrannidem versa. Item Politiarum forma.

AD REGIMEN DEMOCRATICUM, sive Popularem gubernationem.

REQUISITA.

PRIMUM. Ut magistratus à populo constituatur, atque ab eodem sumat auctoritatem, ipsa enim plebs ad jus dicendum federe nequit. Quocirca M. T. Cicero initio 2. Agraria, Consulatum, qui summus erat in Rom. Republica magistratus, populi beneficium vocat, ut ad ejus suffragia illi creabantur.

Secundò, appellatur à sententia magistratus in rebus gravioribus, ad iudicium populi. Quod in Rom. Republ. confuetum fuisse testatur T. Livius 12. & 4. & de Atheniensium Republ. idem docet Plut. in Solone.

Tertiò, leges, quibus Respublica gubernanda, proponuntur à magistratu quidem, sed à populo jubentur. Ut iterum

constat ex Livio 1.3. Et ex orationibus Ciceronis de lege Manilia, & de lege Agraria ad Pop. Rom.

Quartò, Magistratus apud populum accusatur, judicatur, condemnatur, deponitur. Sic Romani Tarquinium consulem cognomine Collatinum, propter minus gratum nomen Tarquiniorum, magistratu ante tempus privatum, ut scribit Liv. 1.2.

Idem cùm decemvros constituisset, eosdem invitos postmodum deposuerunt, teste Livio 1.2.

VITIA, ET DEFECTUS.

Democratia gubernatio, sive regimen populare, non ratò degenerat in seditionem, estque mutationibus obnoxia, ut observat Franc. Patric. 1. de regno, Tit. 3. hanc autem mutationem ob id fieri notant historici, & Politia magistri, quod primo in hac multum potest ductorum populi, & adulatorum

ævis, & petulantia; qui divites calumniis onerant, excitant populum contra potentes, ac nobiles. Arist. 6. Polit. & in hunc Casus Demofthen. 4. Philop. & contra Androcionem, Theocritum, Aristogitonem, Cicero 2. Agraria, Plutarch. de Curiositate, Hecrates de Permutatione. Unde Pistrachus Atheniensium Rempubl. evertit, & tyrannidem invasit: cum inopum causam adversus divites tuendam sese suscipere fingeret. Plut. in Solone. Polyæn. 1.1. Menestheus, qui Atheniensium plebi, obiecto libertatis fomino, adulatus est: post pulso Theeo ipse regnum obtinuit. Plut. in Theeo. Alcibiades, qui blanditiis suis ad res multas novas fenestram aperuit, Remp. turbavit. Idem in Nectia Ephialtes, qui ibidem Senatus Areopagi fregit potentiam, civibusque astatim libertatem propinavit, qua, instar luxuriantis equi postea defuit populus audire principes: insultare in insulas cepit. Idem in Pericle.

Et apud Romanos Gracchi, Saturnini, Rulli, & alii Tribuni plebis, à populo cum plausu excepti, & approbati. De quorum origine, ac auctoritate legendi, Fenesfela, cap. 10. Letusc. 18. Blond. lib. 5. Plut. in vita Gracchorum, Alex. ab Alex. 1.5.

Deinde nimia sæpè potestas ductorum uni, & alteri conceditur: ubi ambitio tyrannidem excitat: similes tales canibus evadunt, qui ad gregis custodiam aluntur: interim, ut famis intemperantia, aut prava consuetudine in gregem saevium. Plut. in regno, Arist. 5. Polit. c. 5. Cicero 2. Agraria. Hinc Clearchus Ponticus ab Heraclæotis nimum erectus, crudelissimus simul, ac superbissimus factus, adorari sese postulari: vestes diis familiares induit: civium plurimum necis, atque interitus author exitit. Polyæn. 1.2.

Accedit huc plebis primo inconstantia, & levitas, quæ mutationibus crebris delectatur: secum post pugnat in electionibus, & aliis: tum impericia magna laborat: postremo quasi naturale odium adversus nobiles habet, Arist. 5. Polit. Quæ omnia Atheniensis Resp. est tum experta, cùm per quadringentos primum, deinde triginta tyrannos; post Casandrum labefactata: rursus per Theramonem, Trifybulum, & Demetrium restituta est. Sig. de Rep. Atheniens. 1. c. 5.

APOPTHEGMATA.

LYCURGUS cuidam postulant, ut in civitate pro Aristocratia, hoc est, optimatum gubernatione, constitueret Democratiam, hoc est, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuæ Democratiam instituas. Compendio docuit, eam Reipublicæ speciem non esse utilem civitati, cum nemo vellet esse in sua familia. Civitas autem nihil aliud est, quam magna domus. Plut. in Luc. & Stob. serm. 83.

DEMOCRATIAE LAUDES.

Sed neque democratia suis privanda laudibus est. Cùm enim multitudo dominatur, nomen omnium pulcherrimum, & speciosissimum (conquirit, æqualitatis juris obtinet. Herod. lib. 2. in orati. Oribonis. Dion. 52. in orati. Agrippæ. Neque Rempubl. ulla præterquam populari in statu consistere videtur: in qua scilicet populus publica (urbem theatra, ærarium, leges, honores) in commune quarit: iidem perscrutandis summa voluptate afficitur. Etcùm homines ex Diis sint orti, ad eisdem quoque redituri: sursum respiciunt; nec fuis unius imperio esse volunt: neque ferunt, sed laborem, periculum, impendiorum participes, rerum meliorum communicatione privati Dion. 1. 52. Et ut natura alterum altero, neque opibus, neque honoribus superiorem fecit: ita popularis status hunc sibi propositum finem habet, ut omnia omnibus æqua sint. Et est profecto hoc æquissimum, ut qui eandem naturam acceperunt, ex eadem gente sunt orti, iidem educati moribus, iidem legibus instituti, eundem corporum, & animorum